

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Scientia universalis concionandi seu dictionarium morale - Cod. Ettenheim-Münster 88-91

A-C - Ettenheim-Münster 88

Richard, Jean

[S.l.], 1776

Confessio

[urn:nbn:de:bsz:31-110859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110859)

C.

Confessio.

Sermo Primus.

Quos ut vidit Jesus, dixit: Ita ostendite vos
Sacerdotibus; et factum est, dum irent, mun-
dati sunt. Luca 17.

Post Dom. 3. post
Epiph. vel pro
15. post Pentec.
1086.

i.

Quod homo diutino et molesto morbo afflictus
imperato ferme tempore peritum et officiosum
Medicum inveniat, qui ei promptum, facile, et ad
recuperandam sanitatem infallibile remedium pro-
scribit; hoc est, Auditores, quidquid ipse in hac vita
utilius expectare, et dejectam spem suam erigere nec
non ipsi firmum ingerere potest propositum nihil
eorum, quae ipsi dantur gravium consiliorum, ne-
gligendi.

Nullus unquam agrotus in illis omnibus circum-
stantiis positus fuit, sicut Jacem leprosi illi, quorum
historiam S. Lucas nobis reliquit. Cum dico ipsos lepram
fuisse percussos, de morbo quodam infami, contagioso,
et vix non incurabili vobis loquor: at cum addo, quod
statim ac eos Jesus Christus vidit, atque Sacerdotes adi-
re iussit, etiam labore totam perficiendi viam exa-
merit, simul vobis significo promptitudinem, facili-
tatem et infallibilitatem tam admiranda curatio-
nis. Adhuc viam legunt, et eum sanatos se sentiunt;
nihil promptius: expensis ad sacrificia à lege praescrip-
ta necessariis eximuntur, sufficitque ut se Sacerdotibus
ostendant, nihil facilius: se aequè sanos ac mundos
sentiunt, ac si nunquam lepra infecti fuissent, ni-
hil infallibilius.

An ergo Jesus Christus ipsos sanare non poterat,
quin ad Sacerdotes eos mitteret? poterat utique;
sed iuxta S. Ambrosium et S. Gregorium, jam tunc
nobis significare volebat, quanam in lege novâ
futura esset circa reconciliationem et ablutio-
nem peccatorum potestas Sacerdotum, ad quos hi
spirituales agroti mittendi erant pro integra et infal-
libili en detestanda lepra, qua invisibiliter per-
cussi sunt, sanitatis recuperatione. Enimvero vo-

z.

bis omnibus S. M. etiamnum adhuc hodie Jesus Christus dicit: Ita, ostendite vos Sacerdotibus. Ita, nihil timeatis, nec falsa quaedam verecundia vos à sacra confessione unquam impediat. Ita, nihil dissimulate, nec vestra superbia, nec iniqua excusationes quidquam amentiori vos sinant: Quales estis, tales vos Sacerdotibus exhibete: Ostendite vos Sacerdotibus. Ita; magnum fiducia argumentum iis, qui ad sacram confessionem accedere non audent: Ostendite vos Sacerdotibus; grave documentum iis, qui in spiritu dissimulationis et mendacii ad eam accedunt. Ita; en quo animus ad datur iis, quos verecundia impedit, ne confiteantur. Ostendite vos Sacerdotibus; an quo comendantur iis, qui cum sinceritate et sedulitate necessarios non confitentur.

Divisio.

Partima
3.

Verecundia ergo peccata sua Sacerdoti aperienda, et metus coram ipso mille turpitudinum, quarum extra confessionis Tribunal nullam possit habere notitiam, recensione reos se constituendi innumeros homines impedit, quò minus illud accedant. Has falsas rationes nostis vos Domini et Domina, quae huc usque à poenitentiae Sacramento vos arceant, aut vos impediunt, ne pro munere vestro illud frequentetis. Vos reos fatari, auribus et iudicio hominis illa iniquitatis mysteria, quae semper occulta fore cuperitis, concedere, ea illi aperire, quae tacere à se vestra esse arbitramini; ipsi malas cogitationes vestras, inordinata desideria, impentiosque cordium vestrorum metus declarare erubescitis. Quid Confessorio dicam? Qua ratione eam aggrediar? Quem me esse putabit? En quod vos retinet, ac in causa est, ut lepram vestrorum iis, quibus eam sanandi potestas est, occultatis.

Ad reprimendam detestabilem hanc verecundiam Jesus Christus etiamnum hodie vobis, prout leprosis, dicit: Ita, nihil timeatis: Ita. Inter omnes verecundias nulla minus firma, quam illa, quae vos impedit, ne peccata vestra in confessionis Tribunali Sacerdotibus aperiat. Ita. Quamvis haec verecundia etiamnum aequa et firma esset, tenemini tamen eam justitiae Dei, quem offendistis, in sacrifici-

cium offerre. Hæc binas propositiones animo percipia-
tis valim; quod si eos solide stabilire valueris, Specta-
tor, illas omnes bonos effectus producturas, quos cum
Dei misericordiâ inde exopto.

4.
Nulla F. M. verecundia, nulla hominum ratio,
nullus timor tales, quales estis apparendi merito vos
à sacro confessionis tribunali arere potest. Quas-
cunque Domini præcautiones adhibeatis, quoscunque
prætextus obtendatis, quoscunque modo agatis, peccata
vestra nunquam manebunt occulta; inquit S. Augus-
tinus. Ex duobus unum, vel ea ipsimet in Pœnitentia
tribunali proferetis, vel ea Deus æternum ex-
probrabit, atque coram omnium ~~omnium~~ hominum ou-
lis manifestabit in die revelationum et ultionum
suarum. Ex his duobus, quod vobis utilius videatur,
eligite: ac certi sitis, vos utrumvis nunquam decli-
natos. Eam, quæ placuerit adhibete diligentiam;
fugite societatem et conspectum idorum omnium, qui
vobis sunt suspecti; inviolato iurejurando illos ad si-
lentium obstringite, quibus peccata vestra aperitis; re-
motissima loca, spississimæque tenebras quaerite: non
obstantibus omnibus istis ad occultanda peccata ves-
tra præcautionibus et curis, Deus lux infinitè radians
et penetrans ea tamen manifestabit. Equidem fra-
trum vestrorum oculis vos subducere poteritis, et co-
ram ipsis alii, quàm re ipsa sitis, apparere: at Dei ou-
los nunquam declinabitis, nec ipsi imponere valabitis;
omnes peccatorum vestrorum circumstantias videbit,
rategat et evolvet. Dicit vobis: tali die, tali hora, tali
momento hanc fornicationem, hanc injustitiam, hoc
homicidium perpetrastis. In vos digitum protendat,
in facie universæ terræ dicit: En hunc usurarium,
detractorem, hypocritam, perfidum, impudicum!
revelabo pudenda tua.

Ad hanc inevitabilem reducti necessitatem, quid
melius agatis, quæsi vosmet ipsos in Pœnitentia Tri-
bunali vos declarastis? Ingeniosum est, quod Rupar-
tus Abbas hanc in rem occasione illius S. Scripturae loci,
ubi Job voluit ancipis at dubius, quid ipsi sit agendum,
videtur, observat. Modò Job Deum hæc alloquitur:

Voca me Domine, et ego respondabo tibi; at statim, ve-
lut tamenitatis suae illum poeniterat, ait: Non Domi-
ne, non voces me, sed ego loquar ad te: Quanta pecca-
vi peccata? Quantis sceleribus te offendi? Certè lo-
quar, et tu respondebis mihi: quantas habeo iniqui-
tates?

Avara, si hoc, quo tibi loquor, momento præcipiti
morte Deus ad se te vocaret, iniquarum exactio-
num, diorum antiquiorum perperam adscriptorum, usucario-
rum contractuum, exorbitantium foenorum, quæ pro
levibus pecuniarum summis accepisti, atium et frau-
dulentorum mediocrium, quæ, ut domos hereditates-
que alienas tibi vindicaras, adhibuisti, rationem à
te expectiturus: quo loco res tuæ starent?

Impudice, si Deus nuptis subito iniquitatis tuæ
vinculis, te ad suum Tribunal citaret, ut tibi lora,
tempora, personas, quibuscum peccasti, ostenderet:
proh quanta esset verecundia tua! Præstat utique,
ut te inter misericordiae illius brachia conjicias,
atque quondam lucis ipsius radios, per quos numerum
et qualitatem peccatorum tuorum videas, ab ipso expe-
tens, dicas: Ne intres Domine cum servo tuo in iudicium;
Quid enim in mei justificationem tibi valeam res-
pondere: Patere solummodo, ut ad te loquar, ut
me coram te acusem, ut adversum me testimoni-
um feram, atque prius mecum ipso contendam iudicio
patere, ut quò æternam verecundiam, cuius macula
foret indelabilis, devitam, me temporali rubori expo-
nam, qui alias mihi magna conciliabit emolumenta:
Certè loquar, et tu respondebis mihi: quantas ha-
beo iniquitates? p.

5.

Hæc verò poenitentis sensa eò sunt æquiora, quòd
nihil verecundiam vestram merito excusare, vòsque
à Poenitentia Tribunalibus removere possit: Quid con-
fugitis Ministros, qui aequè ac vos sunt peccatores? Mi-
nistros, qui cum non sint impæcabilia, præcipuis suis
muneribus, quemadmodum et vos, interdum decipiunt!
Ministros, qui cum ipsismet vestris infirmitatibus et
imperfactionibus sint obnoxii, vestris malis competi-

* Lib. de poenit.
c. 9.

Suffundere diximus? quod assertit Casarius Arelaten-
sis. Effatne multa honoraria, qua non modo per do-
lorem et confusionem invisibilem, sed insuper per
humilem et sinceram veri propria conscientia Sta-
tus declarationem hominibus factam? ut ait S. Am-
brosius.

Vosmet ipsos lauciare et laedere non erubuitis, cur
vulnera, qua vobis ipsis inflixistis ostendere ambes-
catis? aut cur ad Deum offendendum nimis auda-
ces inconsultum pudorem selestae impudentia non
conseratis?

Quod una ex praecipuis apostasiae haeticorum
saeculi XVI. causis fuerit Confessio auricularis, id ego
non miror; nimis pertinaces erant et superbi. Equi-
dem Deo confiteri volebant; id enim amoris proprio
non adeo molestum et grave videbatur; at homini-
bus confiteri, perfidias, vindictas, iniqua commercia,
infidelitates, perjuria sua hominibus aperire; ad id
nunquam adduci poterant; eligentes potius a commu-
nione fidelium se separare, quam adeo abjectis officiis
se subicere; volentes potius salutem propria renuncia-
re, quam eam tali probris sibi comparare.

8. Vos autem S. M. qui in Religione, qua non nisi
sanctitatem et humilitatem profitatur educti estis;
vos, qui tanquam boni Catholici vivere et mori cupi-
tis; vos, quibus, quocumque Deum probris, salutem eter-
nam consequi fixum ac ratum est; accedite ad nostra
Tribunalia, sedens haud est fateri se rem, at si de-
dens seu pudor est, non nisi dignos poenitentiae fructus
proferat.

9. Accedite, inquam, cum fiducia ad thronum misericor-
diae Dei, ut ibi tempore acceptabili auxilium, quod spe-
ratis, recipere valeatis. "Cum abscessu quodam aut poni-

* lib. de poe-
nit. c. 3.

"culoso vulnere torqueris; inquit S. Ambrosius*: "Statin
"curris ad Medicum, exubas ante januam Dormientis,
"et ante fores ejus matutinus salutator assistis, atque cum
"inquieta patientia expectas, donec a lecto surgat, atque
"doloni tuo remedium impertiatur. Precibus orare, mu-
"nera offerre, et totum patrimonium pro tua cupis la-

nitate tradere. Et tamen quem ita accedis, inter-
 » Dum imperitus est, atque suis commodis inhians, mi-
 » nusque aptus, quo te integra et perfecta valetudi-
 » ni restituat. Quamvis semum corporis parte vulne-
 » ratus sis, utut infame sit malum, quicumque de-
 » mum ex plaga tua factor exhalat, ea, quae inde ti-
 » bi obvenit, verecundia non obest, quin ipsi eam osten-
 » das. Ergone oportabit, ut Ministri Dei, ad quos ipse
 » cum certa infallibilis sanationis sponsione te mittit,
 » soli sint, quibus diffidas, soli, quorum oculis lepram
 » tuam exponere, atque puerata tua aperire aurescas? »

Ite, ite Fr. M. ad hos Spirituales Medicos; Ite, ut ut
 lethale sit vulnus vestrum, ipsi potestatem vos sanandi
 acceperunt. Etsi plusquam carbonas atrifueritis, plus
quam nix dealbabiturini. Quamvis enormissima pec-
 cata, Adami inobedientiam, homicidium et adulteri-
 um Davidis, injustitiam Achab, impietates Manassis
 et Nabuchodonosoris, impunitatem Samaritanæ et mu-
 lieris in peccato suo deprehensa, Petri negotiationem, vio-
 lentias Saulis, commisissetis, hæc flagitia vobis remit-
 tentur, dummodo vos ipsos Sacerdotibus tales, quales estis,
 ostendatis, atque vehementi ob Deum offensum dolore
 tacti, nihil ipsis diffimulatis et occultatis. Ostendite
vos Sacerdotibus.

Mens humana, quam dolosa et fucata es! Cor hu-
manum, quam malignum et impervium. Filii homi-
num usquequo diligitis vanitatem, et quaritis man-
dacium? Sufficit utique, quod simulata modestia,
 affectato pudore, politica mansuetudine et humilita-
 te, eurentia integritate et justitia, fucato candore
 et ingenuitate, virtutibus meditatis et ad induendum
 comparatis fratros vestros circumveniatis; id, inquam,
 Sufficit, et heu quam nimis est!

Sufficit et satis est puella illi, sub specie mortifica-
 tionis et animi recollectionis occultas amicitias et fa-
 miliaritates fovare; exterius in ea vitia Divè invahi, qui-
 bus interius luctatur ac se ipsam contaminat; casti-
 tatem laudibus afferre, et hujus virtutis munera violare;
 sibi ipsi clamulos congressus indulgere, quos in aliis ferre
 non potest; conventibus dextere institutis matris vigilan-

Part 2. Ia
10.

tiam circumvenire; mira de mulieris sexus veracum-
dia deprædicare, et clam proprias illius regulas infir-
gere. Oportetne ut hypocrisim suam longius adhuc pro-
favens se ipsam coram oculis Dei Ministrorum amentiat, ut
pudor, quem coram peccati sui complicibus amisit, eam
impulsat ad illud dissimulandum et excusandum coram
eis, qui ad illud ei remittendum sunt constituti? Oportet-
ne, inquam, ut, quia ad extremos excessus haud parve-
nit, suos impuros amores, non nisi tanquam imbecillita-
tes festiva jumentuti ac inconstanti propensione faci-
le condonandos existimat?

ii.

Satis utique esse debet avaro illi et usurario, quod
fratres suos desuperit et expilaverit ingentibus pecuniis,
quæ sub pretextu, quasi ipsis in urgentibus necessi-
tibus subvenisset, ab ipsis accepit. Oportetne, ut, quia
ipsius cupiditas repetundarum vimine et clamantibus
injustitiis haud eripit, se apud illos culpâ liberet, qui jure
marito ipsi diffidere possunt? Enimvero tenentur ne
ipsius Declarationem tanquam veram et sufficientem
serio reputare, ipsi, quibus si hunc iniquitatum labyrin-
tum et clandestinorum artium mysterium illud, quod
ipsis occultat, introspicere datum foret, ea profecto depre-
henderent, quæ ipsum ad promptam et accuratam restituti-
onem obligarent.

ii.

Satis utique est huic ultionis cupido et maledico, quod
mortiferis suspiriis famam proximi sui profunderit; Suffi-
care debet ipsi, quod clandestum ei novaverit illiusque for-
tuna consilia disturbavit: Oportetne, ut postquam homi-
nibus mentitus est, etiam Spiritui Sancto mentiatur? ut
coram oculis Sacerdotum habeatur velut homo, qui vi-
tium fove haud possit, velut homo, quem injuria Religio-
ni magis, quam sibi, illata commoveant, quamvis ve-
râ non nisi propter se ipsum commoveatur, non verò pro-
pter Deum, utpote ejus causa à sua multum differat?

Arbitrabimur ne, quod tales se ostendant Sacer-
dotibus, et, prout oportet, confiteantur? Quis è contra
potius dicamus, quod Michol imitentur, quæ loco veri
Davidis in ipsius cubili Statuam pallibus cooperatam col-
locavit. Quod agant, sicut maledicti Judæi illi, qui in

templi limine ^{et obsecro} Zeli idolo sacrilega hac pietate omnes
 Dei indignationem in se ipsos conitaverunt. Quod
 sapros ementiantur, quemadmodum uxor Jeroboam,
 qua sub alienis vestibus Prophetam Daipera voluit,
 à quo non aliud nisi hoc tulit responsum: Quare aliam
te simulas? peccatum tuum non die impunitum ma-
nebit, filius tuus morietur.

Si nos ipsos Sacerdotibus ostendere cupimus, pro- 13.
 ut praecipit Jesus Christus, Ostendite vos Sacerdotibus.
 Oportet, ut ipsis in confessione ingenuam et sine-
 ram omnium peccatorum nostrorum Declarationem
 faciamus; Declarationem ingenuam sine fuis et si-
 mulatione; Declarationem sinceram et integram,
 sine ulla partitione: Declarationem ingenuam nihil
 occultantes, Declarationem integram, nihil obliuis-
 centes: Declarationem ingenuam, qua ex corde proce-
 dat, Declarationem integram, qua ex toto corde proce-
 dat.

Nostisne discernere, quod Spiritus Sanctus inter in-
 genuam et sinceram hominis, qui serio se verum fatetur,
 et hypocrita ac impii, qui se ipsum ementitur, accusa-
 tionem reponit? Vana vitæ os justi inquit, et os impio-
rum operit iniquitatem.

Cum agro vana sacatur copiosiusque sanguis mittitur,
 qui noxius est egreditur, idque ipsi est fons et vena vitæ,
 at cum hac vena lactic inspta fit, ipsaque apertura
 nimis angusta est, tum purior et vegetior sanguis afflu-
 it, crassior vero et impurior remanet.

Quod Publicanus se peccatorem profitens et oculos 14.
 in caelum attollere non auidens dixit, id ipsi vana vitæ
 fuit, ipsoque Jesu Christo teste, Descendit justificatus
in domum suam. At quod Pharisæus malitiam suam
 occultans, atque bona sua opera ostentans protulit, id
 ipsi mortis et reprobationis principium fuit.

Sincera illa Davidis confessio, cum ad Nathan dicit:
peccavi, favens ipsi hoc meruit responsum: Deus tibi
peccatum tuum indulget, transtulit Deus peccatum tu-
um. Quæ vana! Quodnam vitæ verbum! at simulatio
 illa et mandacium Caini, qui insolenter Deo dicere ausus

* Lib. de paradisi-
50 c. 14.

est: Nescio quò Iovenarit frater meus: Num ego custodil-
lius sum? aduò terribilia ei accersit supplicia, ut S. An-
brosius * arbitratur ipsum fortè coram Deo magis reum
fuisse, quòd ei mentitus fuerit, quàm quòd fratrem
suum occiderit. Nescio, quæ vena, quæla mortis verbum!
Fortassè non tam reus majore crimine fratricidii,
quàm sacrilegii, quòd Deo crediderit mentiendum, di-
cens: Nescio, namquid custos fratris mei ego sum? O quot
santus Pharisæi! O quot hujusmodi Caini reperiuntur!
Ne illorum numerum augetis Fr. M. Ostendite vos
Sacerdotibus tales quales estis, nihilque ipsis occultate,
nihil dissimulate.

Imò hæc præcautio non sufficit, altera adhuc ef-
ferri debet, namque confessioni plenitudinis caretur tri-
buendus est. Equidam multum est, si ipsa ingenua sit
et sincera: sed hoc non sufficit, oportet insuper, ut pla-
na sit et integra. Occultare et excusare peccata sua,
malitia est; ea oblivisci, ignorantia et ex animis defec-
tus, si invincibilis fuerit, tunc culpâ vacat; at si scius,
tunc confessio nulla est. Se omninò alium ostenden-
dum quàm quis sit, grave peccatum est; sed se non nisi ex-
calare et dimidià parte ostendere, magnus est defec-
tus, cum nempe essentielles et aggravantes circum-
stantia interveniunt.

16.

Quò dignè ad Pœnitentiæ Tribunalia accedamus,
ac omnem, quem expectamus, fructum inde reporte-
mus, oportet, ut tempus ad nos rectè examinandum ne-
cessarium impendamus, ut in amaritudine cordis ini-
quam vitam nostram animo revolvamus, nos ipsos ad ti-
moratæ conscientia, quæ nihil obiter et temerè agit,
Tribunal citemus; quia, prout ait S. Job, cum Deo res no-
bis intercedit, quem nihil indulsum novimus: Verbar
omnia opera mea, sciens, quòd non parceres delinquenti.
Quò magis opera et actus meos examinabam, tantò ma-
gis metuebam, quò magis considerabam, quid dixissem,
favissem, cogitassetem, tantò magis expavesebam, ultrohi-
ens, quòd, cum quis se ipsum negligit, et obiter duntaxat
iniquitates suas discutit, severum examen leviter hæc et
præcipitata iudicia corrigat ac reformet.

17.

Id ergo mihi virà rationem omnium gravissimam
agendum, quòd circa eas, quæ temporale commodum spe-

tant, agere solos; Sapius diurnum codicem manu raste, ut
vidsam, an non essentialam quendam articulum omi-
serim; id ipsum, o mi Deus, faciam in negotio omnium
periculosissimo simul et difficillimo.

Stat animo fixum, peccata mea cor meum nimis
aggravant; miseras et necessitates meas nimisquam sen-
tio; nimisquam acriter contumelia, quibus Deum offendi,
me commovent, desideriumque cum illo in gratiam rede-
undi in me nimisquam vehemens est, ut in vanis, prout
hactenus ferme semper egi, conversionis meae consiliis ha-
ream. Dixi: Angeli tutelares, qui me ad pedes huius Con-
fessarii adduxistis, et tu, o Domine, qui me tua gratia
ad poenitentiam invitasti, vos obtestor: fidem vobis non
amplius violabo, non erunt mihi amplius circa salutem
meam frigida velleitates illae, quae hactenus sufficere mi-
hi visa sunt; non amplius me occultabo, non amplius
mihi parcam; Dixi confitebor adversum me.

Non amplius contra vanum phantasma iram meam
effundam. Non amplius in fatum meum et naturam meam
indolem, nec in tentationum vehementiam et obsectorum
praesentiam personales iniquitates meas rejiciam; in amari-
tudine cordis mei fatebor, quod ego solus et verus sum reus,
si in me solum omnia indignationis meae tela cadere de-
beant. Simplici, minorum peccatorum discriptioni, quae
gravium memoriam tollabat, haud amplius immorabor.
Confessio Pharisaeica, quae exteriora vasis mundas, et inte-
riora sordibus plena relinquit, quae lavibus minutis occu-
paris, et cancelos deglutis, te in posterum non amplius per-
agam. Loquar de injustitiis, quas contra Deum commi-
si, cujus gratias abusus sum; contra proximum meum, cujus
jura sapius violavi, contra me ipsum, et vera anima
mea commoda, quae sponta neglexi, Injustitiam.

Ita haec sunt injustitiae meae, Injustitiam meam. Non
sunt injustitiae mariti huius, illius mulieris, horum famu-
lorum aut liberorum, quos accusabam, ut me excusarem,
sed meae, Meam. Non nisi de me ipso loquar, aut si mihi de
aliis sermo fuerit, id ad me referam, ut scilicet magis con-
barnam, atque probis digniorem me exhibeam. Id a te pos-
tulo, o Domine per infinita merita dilecti filii tui, ut nem-
pe cum ea, qua David, consolatione possim dicere, quod peccatum
meum mihi condonaveris: Et tu remisisti iniquitatem pe-
cati mei. Hoc est, quo nihil utilius in hoc mundo ex-

postare possum, et quod cum humili gratuita misericor-
dia tua gratiâ exspecto.

Confessio.

Sermo Saurinus.

pro Dominica
4^a Adventus. Venit Joannes in omnem regionem Jordanis, prædicans

Baptismum Pœnitentiæ in remissionem peccatorum.
Luc. 3.

19.

Deus munditiam ita diligit, inquit S. Gregorius Nazian-
zenus, ut cum terram, quæ elementum est variis inqui-
namentis obnoxium, creavit, velut ad eam baptizandam
sordibusque mundandam etiam creaverit aquam, quæ la-
varetur, aërem, quo purificaretur, et ignem, quo quid-
quid eam foedare posset, consumeretur.

Videtur, quod Deus in Veteri Testamento etiam tres
Baptismorum Species ad purificandos homines instituit.
Propheta suo præcepit, ut Naaman leprosum ad Jordanis
aquas, in quibus lavaretur, mitteret; en Baptismus aque.
In Moysen et Aaron insufflavit; en Baptismus fluminis.
Seraphino mandavit, ut Isaia labiis carbonem ardentem
imponeret; en Baptismus ignis.

Similiter Jesus Christus lavit pedes Apostolorum; en Bap-
tismus aque. Super ipsos insufflavit eis dans pacem suam;
en Baptismus fluminis: Et ipsa Pentecostes die Spiritum
Sanctum sub ignitarum linguarum simbolo ad eos misit; en
Baptismus ignis.

His tribus Baptismis respondent tres Pœnitentiæ partes.
Contritio, Confessio, et Satisfactio. In Contritione amara
lacryma à corde profluit, estque Baptismus aque; Bap-
tismus fluminis. In Confessione os, quæ se de peccatis suis
accusat, voces et halitus emittit, et est Baptismus flumi-
nis. In Satisfactione poenitens se ipsum ad opera ardua
et laboriosa condemnat; estque Baptismus ignis et Sangui-
nis, Baptismus sanguinis.

20.

Eccè Baptismus, quem S. Joannes venit prædicare in re-
misionem peccatorum. Ea odisse, scilicet hæc peccata,
ea declarare, ea expiare oportet. Tria insignia veri poeni-
tentis muresca, quæ vobis, si per tam vastam materiam ampli-
tudinem liceret, explicare possem. Vobis indicare sufficet,
quamnam in Confessionis tribunali debeat esse peccatorum
vestrorum declaratio; et ne quidpiam proferam, quod

ad emendationem vestram non sit, latis erit, vobis prima sermonis mei parte demonstrasse, quid haec Confessio, et ad quid vos obliget: Et in Secunda, quanam conditiones requirantur ad hoc ut recta sit et perfecta:

Divisio

Si conversionis peccatoris initium est cordis mutatio, profecto certum est, quod in hac hominis innovatione os partem habere debeat, cum Confessio sit juris Divini, necnon Concilii Tridentini Patres anathemate percellant eos, qui dicere ausi fuerint, quod non oporteat confiteri omnia peccata mortalia, quorum habetur memoria; nec circumstantias illorum Speciem mutantem explicare: "Si quis dixerit in Sacramento poenitentiae non esse de iure Divino confiteri omnia et singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita ac diligenti praemeditatione habeatur, et circumstantias, quae peccati Speciem mutant, anathema sit."

Parti prima
21.

* Sess. 14. can. 7.

Ex his verbis facile dignoscitur, in quo consistat Confessio Sacramentalis, et ad quid vos obliget, scilicet ut ad pedes Sacerdotis vos peccatores esse declaratis; ut ipsi non tantum generatim, sed etiam Speciatim verum animae vestrae statum aperiat, ut ipsi singillatim et accuratè omnes conjunctiones, consecutiones et circumstantias, quae peccatorum vestrorum circumstantias mutant, explicetis. Quis vestrum in ea, quae potest, diligentia et studio agit, ad quod tamen, excepto necessitatis casu, omninò tenemini? Re cogitabo tibi in amaritudine animae meae omnes annos flagitiora vitae meae, inquit David ad Deum. Confitebor tibi; tibi dicam, quid fecerim, cogitaverim, dixerim: id agam quod mulier, quae domum mundatura, vel minimos etiam angulos everrit; similiter ego mundabo spiritum et cor meum per sinceram et integram vitiorum meorum declarationem.

Scopelam Spiritum meum
6 fl. 118.

23.

Equidem fateor, quod cupiditates hinc cum summa acrobitate conumpant, dumque omnium fraudum manimam adhibeat, prout S. Chrysostomus sapienter observat; Demon, inquit, duas facies peccato dedit: ubi de illo perpetrando agitur, peccatori faciem audacem et insolentem tribuit: Et ubi de illo confitendo agitur, ei faciem abjectam et pudore suffusam prebat: peccato fidu-

* Hom. 3. de poenit.

iam probat, confessioni pudorem et verecundiam dat.
 In nostris flagitiis sumus audaces, at in nostra acerbatione verecundia obruimur. Fucilla haec, quae pietatem et prudentiam profitetur, clandestina commedia illa, quae cum suspectis personis intercedunt, et quorum Declarationis devota qualitatam, quam gerit, à mente Confessarii removerat, Declarare non vult. Vir iste, qui per litas aut injustè intentatas, aut dolosè propugnatas aliena bona occupat: Ille alius, qui adulteratis ponderibus et mensuris merces suas vendit: Hic, qui obligationes et spon- siones jam ipsi persolutas servat, ut altera adhuc vice earundem persolutionem capiat: Iste, qui ut legatarios vel euloria jura frustrat, testamentum suppressit; omnes hi equidem generatim se fatari peccatores impunit, at singillatim et accuratè omnes peccatorum suorum circumstantias declarare reluctantur. Id tamen absolute necessarium est, et qui propriam culpam Confessionis integri- tati non Satisfacit, eam nullam, sacrilegam, vanam, et quantum ad caetera peccata mortalia, quae confessus est, inutilem reddit.

24.

Deus nullum unquam peccatum remittit, nisi quis, ubi ei in mentem venerit, id eundem confiteatur, prima veritas; et hoc mortale peccatum nunquam remittitur, nisi et alia remissa fuerint, secunda veritas. Quid ergo agitis, cum in Confessione peccatum aliquod ratiatis? Gratia Dei adi- tum praebuditis; et si vel unicum in vestra animam re- maneat, caetera omnia in eam remanent. Quid adhuc agi- tis? Novo peccato vos implicatis, et his, quae perpetrastis, horrendum sacrilegium adjicientes, virus usque in canales, per quos gratiarum aquae influunt, defertis: Hicque mys- tici fontes, prout ut vos abluant, et adjuvantiam revo- cent, sunt aquae Goldtypica, quae in cordibus vestris invisi- biliter id efficient, quod visibili et tragico modo olim in mulieribus illis operabantur, quae in adulterium lapsae fuerant.

25.

S. Gregorius victoriam illam, quam Saul de Ama- leitis reportavit, commemorans notat, quod Princeps iste contra Dei mandatum quaedam animalia sibi reser- vaverit, imò populi hujus Regi pepererit. Id superveniens Samuel summe improbavit, eique Dei nomine severè mi- natus est: At prout ut se rem fateretur, culpam, quae unica ab eo proveniebat, in alios rejecit.

En, ait hic S. Pater, quod plerique peccatores faciunt, cum se ipsos accusare deberent, se excusant, modo ob impietatis vehementiam, modo ob aetatis inconsiderantiam, modo ob urgent periculum, quod imminabat, modo propter obsequentiam aliquam, ^{quia} honesta reusari non poterat.

Estne hoc recte confiteri? id à S. Chrysostomo quaerite, respondabit vobis, quod non. Et haec ^{est} ratio, quam offert. Poenitens debet esse repletus Jesu Christo, et in Confessionis ~~in~~ tribunali idagere, quod Deus homo in cruce pro remissione totius mundi peccatorum egit. Atqui ipse tanquam publicus poenitens universalem ~~totius~~ omnium totius universi peccatorum fecit accusationem: Se pro omnibus accusavit. Et quia omnia nostra vitia sponte in se suscepit, omnem etiam eorundem ardentiam tolerare voluit. Excedens regula illius, quod poenitentem agere oportet, qui à suis peccatis absolvi cupit; nempe se de iis omnibus, quae commisit, accusare debet.

26.

Interrogate etiam Tertullianum*, ipse vobis dicit, quod in tribunali poenitentiae idagere vos oportet, quod Deus in extremo iudicio agat. Enimvero si iuxta Patris huius mentem, haec poenitentia locum tenet justitiae Dei; sicut ipse tunc omnes mentis cogitationes manifestabit, necnon secretissimos cordis motus aperiet; ita etiam debetis, ne quidquam occultatis aut obviscimini, vos ipsos examinare circa loca, in quibus fuistis, circa diversos status, quos amplexi estis, circa bonum, quod omisistis, et gratias, quibus restitistis.

* lib. de poenit.

Estime mercatores? Attendite, num eâ fide, quam Deus exposcit, negotium vestrum exaraveritis; an neminem circumveneritis circa quantitatem vel qualitatem mercium vestrarum? An non immoderatas summas exegistis, eò quod numeratis pecuniis non statim vobis satisfactum fuerit? An nunquam pejeraveritis, ut quod vile erat, majoris pretii aestimaretur?

27

Estime Magistratus aut Iustitiae Ministri? Vos ipsos examine circa damnum, quod variis privatis personis intulistis; circa malignas illas dilationes, quibus eos ad iustitiam redegistis; circa res pessimas, quibus eos implicastis, et ex quibus illos non eâ curâ et diligentia, quam à vobis conscientia vestra exigebat, expeditistis. Si enim confessio vestra ad illam agendi rationem, quam Deus in die iudicii sui

28.

initurus est, affirmari debet; Sicut tunc ipsa haec omnia examinabit, ita etiam vestra nunc interest, ut terribilis illius dici Severitatem accuratam veri animo vestro. Status Disensione antevertatis.

29

Neque hoc sufficit. Non tantum vos de omnibus peccatis vestris in particulari, de eorum qualitate, numero, circumstantiis accurare tenamini; Sed insuper, ut confessionem vestram perfectam efficiatis, haud abs re erit, si magis ordinarias peccatorum vestrorum causas, quantum in vobis est, rimetis. Quando peritus Medicus agrum invisit, morbi ipsius causas et Symptomata indagat; imò plerumque ager Singulorum enarratione illum prosequitur. Hoc ipsum vos agere oportet, ut Confessarios vestros tot laboribus et molestiis, quas ipsis facistis, aximatis. Nam cur vanosum est, ut verba ex ore vestro emanent? An non vestrum est ipsis tot iterationum lapsuum et iniquarum confessionum, quas hactenus fortè perogistis, causas cupere?

Periculosum est mihi negotium, dicere debet. Negotiator illa, agnoscit multis ex rationibus difficillimum esse, ut in eo salutem meam operar. Jam à longo tempore huic mulieri sum illigatus, dicere debet hic concubinaris; continuo sum in proxima peccati occasione, nec eam desistere volo.

* Reg. 31. v. 3.

Qui se ita in Poenitentia tribunali explicat, male hoc praesentissima offert remedia; Sed qui ab hac singulari peccatorum suorum revensione abstinat, ut calidam quae rat diverticula, hic spontè sibi salutis viam pracludit: Quoniam taceo, inveteraverunt ossa mea, sum clamorem tota die*. Mira exprobris, inquit S. Augustinus. David asseverat, se per totam diem clamare, nihilominus dicit, malum in suis ossibus inveterasse, quoniam tavit. Sed ex hujus apparentis contradictionis enodationem. Hinc coram Confessario clamamus, ipsi generatim dicimus nos esse magnos peccatores, atque milibus infernum promeruisse; illine verò taceamus: Species numerumque peccatorum nostrorum, colligationes et nequitias nostras idicatas occultamus. Unde ut ut clamemus in cassum agimus; clamores hi ad nihil sunt, quia in nobis aliud est silentium flagitiorum, quod indurationem internam procreat, atque poenitentiam contra salutis viam ponit.

Cum haec omnia vobis significo Fr. M. et apertis, hoc esse, quod confessiones vestras malas efficit, vobis simul patefacio conditiones, quae concurrere debent, ut bona et perfecta reddantur. Oportet, ut ipsas comitentur Simplicitas, Diligentia et Dolor. Simplicitas adversus Dissimulationem; Diligentia adversus iniuriam et oblivionem; Dolor adversus indolentiam et amorem peccati.

Primam conditionem in peccatorum confessione necessariam voco simplicitatem christianam, quae poenitentem ad statum infantiae reducit. Quando peccatores sumus, tunc fuerati sumus et maligni: at ubi poenitentia spiritum induimus, tunc velut infantes efficiuntur. Hoc nomine S. Paulus nuncupabat eos, qui convertebantur, filioli mei. Ita etiam S. Petrus vult, ut simus quasi modo geniti infantes. Ita Scriptura sacra filium prodigum intuetur, qui culpam agnosens clamabat: Ibo ad patrem, et ipsi cum summa ingenuitate dicam, quid egerim: Pater peccavi in oculum et coram te: Nuda quæram divitiacula, quibus peccata mea occultem aut excusem. Scitebor, quod non amplius merear decorari qualitate filii, utpote quam indignum reddiderim: Jam non sum dignus vocari filius tuus.

31.

Verum est, inquit S. Petrus Chrysologus hunc Evangelii locum exponens, verum est filium prodigum amisisse qualitatem filii; sed pater ipsius patris qualitatem non amisit: Si filius amisit, quod filii est, pater non amisit, quod patris est. Vitam dissolutam et licentiosam egerat; sed redeundo ad patrem ipsique solitum suum ingenio fatendo spiritum infantis, qui est spiritus simplicitatis et candoris, resumpsit.

Imitamini Fr. M. adeo proclarum exemplum; haec vera erit ratio sancta et felici industria occultandi debita, quae dissimulatione et superbia inutiliter occultatis. Sancta propheta olim beatos vocabat eos, quorum peccata erant occulta: Beati quorum tecta sunt iniquitates: Sed quidnam ea occultare potest? Non profunda solitudinis intimi recessus, Deus enim has impetivas concavitates percussit. Non obscura noctis tenebrae, Deus namque prolato lumine illas illustrat.

32.

Non inviolata sapientis amici fidelitas, animarum Deus non obstantibus his omnibus precautionibus, hanc iniquitatis mysteria retagere sicut. Quid ergo hac peccata occultat? Idne crederetis? Nempe vos ipsi, quando ingenue ea confitemini, inquit S. Ambrosius. Publica facere putatis ea hominibus revelando, quibus aliunde nunquam inveniissent, et per effectum omnino oppositum rationem invenitis eam tam secreta tenendi, ut nemo de iis unquam locutus sit. Si ea obliviscimini, Deus eorum recordabitur. Si eorum recordamini, Deus eorum obliviscitur. Si sacerdotibus ea occultatis, Deus ea manifestabit. Si de iis coram illis vos ipsos accusatis, Deus de iis non plus loquatur, quam si nullum unquam perpetrassetis.

33.

Id eam secundam, quam vobis significavi, conditione fiat, quae in accurata vos ipsos examinandi diligentia consistit. Illius medium a longa Jeremias nobis proponit: Si volumus ad Dominum reverti, quaeramus vias nostras, inquit, scrutamur antiquas semitas nostras, omnia scilicet examinemus: Scrutamur vias nostras, et quaeramus, et revertamur ad Dominum.

* Serm. 58. in Cant.

Nam, ut primum dixi; si ad recipiendam sacramentali gratiam, confessionem nostram efficere integram tenemus, vix veri simile habetur, nos id absque serio consentientiae examine facere posse. Hoc est, inquit S. Bernardus. Ius grave negotium nostrum: Toti incumbamus huic operi tam sancto, tam necessario, quod nihil sit, quod consentientia nostra munentur, quam huiusmodi examen: tam necessario, quia nihil est, quod magis ad nostram conversionem conferat. Quo majori assiduitate singulis diebus nosmetipsos examinaverimus, quo attentius perperderimus, quantum in via salutis progrediamur aut retrocedamus, tanto magis paucum obisse discimus, eamque cordis puritatem acquirimus, sine qua impossibile est placere Deo.

Vitam tuam quotidiana disensione examina, attonde diligenter, quantum proficiat, vel quantum deficiat, qualis sis in moribus, qualis in affectibus. S. Bern. in Medit.

34.

Vinea non nisi superfluos surculos profert, qui, ubi ipsa non putatur, illam exhaustiunt ac impediunt, ne fructus bonos germinet. In agro inculto non nisi lolia, rubi et spinae conspiciuntur; et corpus, ubi purgari negligitur, non nisi malos humores congregat innumeros morborum fatales

causas. At quando haec vinea tempestive putatur, hic
ager aratur, corpus istud bene purgatur, tum horum omni-
um laborum salutares ^{effectus} possunt expectari: Et hoc ipsum est,
quod iuxta S. Basilium et S. Ephrem examen conscientiae
in anima profert, et quod in ipsius commodum et utilita-
tem efficit confessio, in qua nihil omittitur.

Sed frustra haec omnes curae impenduntur, si hanc inge-
nitatem et diligentiam non praesepit vehemens dolor ob
Deum offensum: Haec enim totius rei summa est atque mu-
nus absolutè necessarium. A Deo per peccatum recessimus,
oportet ut ad eum per amorem redeamus. Ipsum offen-
dimus creatura adherendo, oportet hanc offensam resarcia-
mus Creatori adherendo.

Hoc est, quod in scripturis sacris compunctio, poenitudo,
mutatio et contritio cordis nuncupatur. Compunctio, quia
est vehemens dolor, qui pungit; dolor penetrans, qui trans-
verberat; est scilicet inflexio, qua apostema aperitur,
compuncti sunt corde. Vocatur poenitudo, quia est do-
lor acerbus, verus, male actorum dolor, firmumque propo-
situm ab eis in posterum abstinendi: Poenitentini et con-
vertimini, ut deleantur peccata vestra, inquit S. Petrus
ad Judaeos. Dicitur mutatio et contritio cordis, si indi-
ta corda vestra et non vestimenta vestra. Cor perfringi,
discipi, et conterendum debet. Juda falsus es delictum tu-
um, peccavi tradens sanguinem justum. Antiocha tuo-
rum malorum es recordatus, reminiscor malorum quae
feci: Sed quia ambo sine compunctione, sine dolore, sine
poenitudine, sine contritione cordis fuistis, idè ambo sine
absolutione et remissione peristis.

Sic innumeri pseudo-poenitentes vivunt et moriuntur.
Quot enim sunt, qui peccata sua confitentur, et se de illis accu-
sant, quin tamen ullam sive perfectam sive imperfectam
contritionem eliciant, prout advertit quidam sapiens aetatis
nostrae Theologus? Tales plerumque sunt ii, qui flagitio-
rum suorum ^{fructus} potiuntur, quique fraudulentis viis sibi divi-
tias comparaverunt. Tales sunt illi, qui impudicitia aut
vindicta sua satisfacunt. Fortè firmum facière propositum
antiqua sua non repetendi flagitia, sive quia quod cupiebant
possident, sive quia eadem Deum offendendi occasiones ipsis de-
sunt; at plerumque nulla compunctio et ante actorum dolor
hoc ipsorum propositum comitantur.

37.

Infelix mulier, quae valiquis vitae tuae diebus te castè vi-
turam spondas, vel quia senesius, nec amplius placere vales,
vel quia tranquilla et affluenter libidinum tuarum frue-
tu potiris: Quis tibi dolor, quòd officio tuo defueris, cum te-
cum animo revolvis, quòd per tuam incontinentiam ab ob-
scuritate et miseriâ fueris extracta? Et tu, qui per Simo-
niam Beneficium tuum adeptus es, atri fortè hoc anseron-
dâ viâ nunquam alia possidere cupias: Quis tibi proxi-
mus, quòd perpetrasti, Sceleris dolor, cum animadvertis,
quòd alias vitam adeò commodam et suavem minimè duc-
res? Dolor fictus, dolor inutilis ad absolutionem et justifi-
cationem poenitentis.

38.

Verum ubi dolor iste internus est, Supernaturalis, sum-
mus, Sincerus; quando omnes temporis circumstantias respi-
cit, quando praeteritum legemur, quo ad praesens nos ipsos
reformamus, et quantum ad futurum serio fidem nostram
obligamus: Quantum commodum, quanta felicitas nobis
obvenit, cum hi affecti ad Poenitentiae tribunalia accedimus!

Quanta conscientiae tranquillitas, quantum gaudium,
qua secreta pax, nihil amplius habere, quòd cor nostrum
aggravet; ea omnia, quae humanitùs fieri possunt, egisse,
quòd Deum nobis reconciliemus; nihil spontè ratuisse, ex-
curfasse, dissimulasse; paratos nos esse ad omnia dura et
aspera toleranda potius, quam in peccata, quae confessi et
detestati fuimus, relabi? O quam bonus Deus Israël his, qui
recti sunt corde.

39.

Quae cum ita sint, Dilacte mi frater, en consilium, quòd
tibi Spiritus Sanctus praebet: Dic prior iniquitates tuas, ut jus-
tificaris. » Quid haec tam utili sponsione junecundius, inquit
S. Ambrosius*, » quid hoc in tantamento dulcius inveniri
» potest? provocare Judicem, non ut puniat, sed absolvat?
» Dic tu prior Sacerdoti omnes iniquitates tuas, non ut con-
» damneris, sed ut absolvaris, ut maneat in te praemium
» conversi, non inconfessi supplicium; ut iudicium comite-
» nota justis, non poena damnati; Dic tu prior Sacerdoti
» iniquitates tuas omnes, ut peccatoris verè conversi premi-
» um accipias, atque supplicia, quae illum manent, qui se
» reum fatari detrahit, effugias. Dic tu iniquitates tuas in
» dolore anima tua, ut iudicium, quòd contra te ipsum es
» pronuntiaturus, non tua damnatio omnium malorum tibi
» permiscendorum maximum, sed tua justificatio et gloria,
» quam unice desiderare et ambire debas comitetur et sequatur.

* Lib. 2. de
poenit.

Documenta Moralia
Sensa Patrum et Theologorum uera na-
ram, necessitatem, utilitatem et con-
ditiones Confessionis.

I.

Utilitas et commoda bona confessionis, peri-
cula et calamitates mala Christianos impellere solent,
ut totis viribus in id incumbant, ne videlicet ad poeni-
tentia Tribunalia indignè accedant. Quando ad ea cum
requiritis conditionibus variunt ipsorum Status longè
dispar est ab ordinariorum flagitiosorum Statu, ait
S. Augustinus*. Isti omnia adhibent, quae possunt, ut cri-
mina occultent; enimvero ^{ibi} persuasum ~~se~~ habent, eo-
rundem Declarationem ipsis ^{ibi} funestam esse futuram; et
plerique, ut mortem devitent, potius quam vel mini-
mum ~~fateantur~~ quid fateantur, ad quaestionem applica-
ti tormento sustinent ab ipsa morte haud multum di-
versa. Longè felicior est Sors peccatorum: Antequam pec-
cata sua confiteantur, gravi tristitia franguntur; et quam-
primum ea confessi sunt, secretum gaudium ipsorum
animas occupat. Antequam peccata sua confiteantur,
conscientia remorsus, terribilis flagitiorum, quae perpe-
traverunt, aspectus, aeterni supplicii, quod ipsis impendet,
motus aequè ipsos inquietat, ac apostema quoddam
agrotum: At ubi hoc apostema perforatum est, atque
ex eo pus effluxit, tum Solamen sentire et latari incipit,
inquit S. Augustinus.

90.

* Exposit. in
Off. 70.

II.

Quando mulier dolores puerperii sustinet, proh quan-
tos edit clamores? quantâ tristitiâ premitur? Infans, quem
in utero gestat, ipsi arctissimis vinculis junctus est; quantus
itaque dolor, ubi haec vincula, quae natura affirmavit,
rumpuntur? Mulier cum parit, tristitiam habet. At
quanta est ipsius consolatio et gaudium, ubi infantem hunc
à visceribus suis egressum videt? Scautores, cum à luxibus,
voluptatibus, conviviis, omnibusque hominis voluptuosi
gaudiis vobis abstinendum, cum hi amores et familiarita-
tes rumpendae, et à corda vestro expellendae sunt, tum
haec omnia vos tarrant; Sunt infantes, quos diligitis, et
quibus unum valuit unum corpus afficitis, inquit S. Hierony-
mus: Sed cogitate ac in animum rorante. Solidum at va-

Non confiten-
tis consolan-
tia saniam
collagerat,
et peccato-
rum aposta-
ma machia-
bat. Ibid.
41.

rum gaudium, quod poenitens anima post tormina et
sua poenitentiae convulsiones percipit.

III.

42.
* Novum iudicii
genus, in quo
reus, si aucto-
ritate criminis
damnatur; si
absolvitur, si
falsatur.
S. Zeno Vero-
nensis Form.
2. ad Neoph.

Nova et mira iudicii forma caest, quae in Confessio-
nis tribunali observatur, inquit S. Zeno Veronensis; In om-
nibus aliis Tribunalibus, ut rei condemnentur, non nisi
criminum suorum confessio ab ipsis expectatur. Frequen-
tia, quae subeunt, examina, iteratae testimium cum ipsis
confrontationes et interrogationes, equulei, quibus
torquentur; haec omnia eo unice collimant, ut crimi-
na sua fateantur, et quamprimum ea confessi sunt,
morte vel aliis suppliciis damnantur.

IV.

Solus Deus modo proorsus contrarius nobisum agit, na-
minem adversus nos citat, nec testes nec complices ad-
ducit; tantum abest, ut in nos quaestionem supplicii
excuset, quin à contra non nisi officiosis verbis et be-
nignis invitationibus nos compellat. Quò magis nos ipse
accusamus, eò magis ipse erga nos teneretur; quò ma-
gis crimina nostra fateamur, eò magis ad ea nobis conde-
nanda paratus est. Nostra dissimulationis, nostra diffi-
dencia, nostra excusationes, haec sola ipsi displicant.

Quando Adam illum offendit, non dixit ad ipsum,
quid fecisti infelix? Es in paradiso voluptatis colloca-
varam, tibi dederam facultatem, ex omnibus, qui in
eo sunt, fructibus comedendi vinico excepto: nihilomi-
nus ingratus et infidelis mihi inobediens fuisti. Deus
nullum ipsi indignationis suae indicium praebuit; ipsi sa-
tis fuit ab ipso quaerere, ubi esset, ut sic ad se ipsum re-
versus peccatum suum fateretur, si qua misericordiam
impertiret. Ita adhuc quotiescumque cum peccatoribus agit.
Ab ipsis quaerit, ubi sint, ipsos locat, ut ad se redeant
atque conscientiarum suarum statum examinent.

V.

43.

Cum consideramus, quos animi affectu plerique Chris-
tiani ad poenitentiae tribunalia accedant; cum vide-
mus eos ad pedes sacerdotum eà tranquillitate provoli-
tos, ac si ea, quae agunt, ipsos minime tangerent: cum
audimus eos fidenti et alaci vultu numerum et circum-
stantias peccatorum suorum recitantes, non locus, ac si his-
toriam quamdam aut eventum aliquod nararent; quidni

um SS. Patribus exclaimemus: Ergone confessio lusus est, et an Jesus Christus ea ratione duntaxat Sacerdotibus peccatores ligandi ac solvendi potestatem tribuit, ut impiorum pravitate testes sint et fautores? Flagitiosus, cui mox subeundum iudicium, ad adventum sui iudicis trepidat, et ad adventum terribilis Dei non trepidatur? Homo, qui potentem inimicum offendit, quique ab ipso veniam peccatoris accedit tristi et abjecto vultu ipsius subit contemptum; et creatura, quae suum Creatorem injuria afficit, ipsi in faciem insultatura veniat? Filius, qui patrem suum offendit, justos irae ipsius reformidat impetus; et filii inhumani, qui milies infernum promeriti sunt, cum frigida quadam tranquillitate singula abominanda vitae suae capita enarraturi veniant?

VI.

Innumeri homines confessionem nimis duram et deprimentem reputant. Secreti, propriae fame et justificationis suae amor ipsis linguam ligat, verum sive sciant, quod, cum peccata sua in confessione Sacerdoti aperiant, Secretum suum tutum praestant, cum illud patefaciunt; famam suam conservant, cum se ipsos diffamant; non propriam curant justificationem, cum se accusant. Secreti sui fidelitatem inveniunt, cum illud secularant, propriae fame commoda, cum illam sacrificant, justificationis suae fructus, cum humilitas et sinceritas se ipsos accusant.

44.

VII.

Secretum est peccati condimentum, inquit Veterum iuris, et multi illud perpetrare conabarent, si spectatores et testes se habere siverant. Impio huic solamen est, se a se iniquum nec inde poenas dare. Subdulus iste letatur, sibi solum cor suum et tenebras esse testes. Mulier haec tibi applaudit, quod post turpes prostitutiones in oculis hominum casta appareat, ac honore, cujus indigna est, potitur. Ex hoc principio confessio, in qua quidquid secretissimum est, rotigitur, iura admodum operat, nisi Spiritus Sanctus nobis asseverasset, quod peccatum suum revelare medium sit, illud semper occultum tenendi; Dabo tibi arcana Secretorum, Dabo tibi Secretum medium arcanum tuum conservandi, et medium istud i: credione? est, ut illud in Coenitantis tribunali Sacerdoti confidas. Tibi imaginariis arcanum hoc in corde tuo tute recondi, sed sicut, illud tutius in corde Confessarii tui occultari. Libarum co-

45.

bi est de eo loqui, at non item Confessorio tuo. Potes illud aliis aperire, quando placuerit, at id ipsi nunquam est licitum, cui non nisi sub sigillo confessionis innotescit. Ita pro certo habete, quod Secretum vestrum occultetis, quando illud revelatis, atque tunc vere dicere poteritis, Secretum meum mihi.

Ô homo, ut confitari ad eum hœsitas, inquit S. Augustinus? Disce, quod nihil minus sciam, quam illud, quod per confessionis canalem scio: Ô homo, quid times confitari? Nihil minus scio quam illud, quod scio. Anima tua tæmeraria est, quæ, ubi fact occasio, nihil occultat. Cain nondum natos homines etiamnum timebat. Solus cum Adam in mundo erat, et tamen metuebat, ne ob crimen suum interficeretur: et tu, qui tunc occultare, ac fortè sub communionum tuarum velo tutum præstare cupis; scito, tuam conscientiam illud vidisse, atque semel toti mundo manifestaturam esse.

Si te ab hac verecundia liberum præstare intendis, Secretum tuum in Sacramento Pœnitentiæ revela, sic illud divina justitia eripias, quæ aliàs infallibiliter illud manifestasset. Peccata tua pandere non audeas, ea Sacerdoti occultas: nec anima vestris ea coram totius universi oculis apparitura. Adulteria, perjuria, Simonia, obsecrationes illæ, quæ ad Sacram usque Synaxim lapsæ, tandem manifestabuntur. Hæc na, dicitur, mulier illa, quam voluit Sanctam suspicisbamur, Eulensartius ille, qui ab eo morigeratus videbatur, Magistratus ille, cujus integritas prædicabatur, Quella ille, cujus pudor at modestia erat in admiratione?

VIII.

Si nobis facultas esset querendi à tot animabus, quæ in inferno æternum cruciantur, quanam sit illarum reprobationis causa, multa responderent, quia nec aulæ sunt nec voluere peccata sua declarare. Mercatores, cives, negotiosi, Sacerdotes, Religiosi, ut ad hos terribiles carceres amandati estis? Ideò, responderet ille, quia cum apud homines probo viri existimationem mihi compararem, nec injustitias meas declarare, nec male parta bona restituere volui. Ideò, responderet iste, quia puluit me invidias, et clandestinas artes meas, pæpate facere. In promulgandis virtutibus, ostentandis bonis operibus meis nimisquam eloquens fui; at ubi manifestandi erant peccati cordis mei affectus, semper ^{11/11} rasiimus fui in iis ignorandis,

vel malignissimus in eis occultandis; Serpens momordit me
in mas Silentio, et ecce aeternum damnatus sum.

Carita ne mor-
deat serpans
in Silentio.

IX.

Cum honor illud idolum sit, cui quidquid pretiosius ha-
bent homines, consecrant, an non confessio, ubi quis se-
rum fatando diffamare se ipsum cogitur, terribili-
ter deprimens est? Ita aequidem in uno sensu, seu in
alio, inquirunt SS. Patres, et peccator, qui peccata sua Sa-
cerdoti manifestat, minus se ipsum diffamat, quam
propriam gloriam curet. Enimvero si se ipsum diffama-
ret, tum non nisi tribus his modis id ageret, nempe vel
apud Deum, vel apud Confessarium suum, vel denique
apud ceteros homines. Sed dum confitatur, nihil habet,
quod sibi ab his tribus timeat.

46.

X.

Ex parte Dei, vera gloria in ipsius gratia adeptione
consistit; qui in peccato vivit, ipsius inimicus, horror An-
gelorum, coeli abominatio, Daemonumque mancipium
afficitur. Confessio et pulchritudo in conspectu ejus*. Quan-
do confitemur, nobis coram oculis Dei delectabilem pul-
chritudinem conciliamus. Velut heros inimicos castris
exuimus atque internacione decemus; centena Angelo-
rum millia ad triumphum nostri Spectaculum pertrahimus,
quos conversio hominis poenitentiam agantis, et recon-
ciliatio subditi Supremo Domino rebelis, qui ipsius ami-
cus, gaudium et corona afficitur, castitia afficit. Confessio
et pulchritudo in conspectu ejus.

47.

* Psal. 95. v. 8.

XI.

Ex parte Confessarii, nulla subest ratio timendi, ne
manifestando ipsi peccata commissa, mala de suo poe-
nitente sentiat. Dum Confessarius ista cum auscultat,
se ipsum considerat; aliamque miseratus infirmita-
tem animo intuetur, quod in graviora et magis enor-
mia forte flagitia, quam quae ipsi aperiuntur, lapsus
fuisse, si Deus ipsum naturae suae corruptioni permisisset.
Hae cogitatione commotus candorem et humilita-
tam sui poenitentis diligit et aestimat, serioque secum
ipso animo revolvens dicit, quod, cum omnes fere homines
eandem habeant propensiones, nullum sit peccatum, quod
homo, quicumque demum ille sit, non perpetraret, si ab
eo delevinquaretur, qui omnium hominum est Creator.

48.

Nullum est peccatum, quod non faciat homo, si deseratur ab eo, à quo factus est omnis homo, inquit S. Augustinus.

XII.

49.

Ex parte ceterorum hominum, minus adhuc infamia nobis est pertimescenda, cum ad Confessionis tribunal accedimus. Enimvero quorumnam hominum censuram refoveamus? Suntne impij? Suntne probrj? Si impietum profecto verus hominis honor admodum male collocatus esset, si ab ipsorum iudicio penderet. Poenitentis quaedam gloria species est, si ab ipsis contempti habeatur. Suntne viri probrj? tantum abest, ^{ut} poenitentiam, qui ad Confessionis tribunal accedit, contemnant, quin potius inde illum magis aestiment, Deumque benedicunt, ac in ipsius persona pias mutationes, quas gratia Divina in ipsa efficit, admirantur.

50.

Ne ergo dicat quis, quod vult hypocrita ab alijs ~~haberi~~ ^{ergo} habeatur: Ne sine causa Confessionium mutet: et cum Medicos in Israël habeamus, illos in vicinis regionibus non quaeramus, ex timore ne agnoscamus. Si datur confusio flagitiosa, et quam peccatum comitatur, datur etiam, inquit Sapiens, confusio honorabilis, et quam gloria sequitur. Prior est confusio timidarum vel superbiorum animarum illarum, quae peccata sua non nisi dimidia parte manifestant, id est, quae cum viginti peccatis ad poenitentiae tribunal accedunt, et cum horrendo sacrilegio, quod est vigesimum primum, inde recedunt. Altera est confusio ingenuarum et humilium animarum, quae vero conversionis suae desiderio permota, generatim omnia peccata sua manifestant, atque gratia et gloria coram Deo repleta revertuntur. Est confusio aduersus peccatum, et est confusio aduersus gloriam.

XIII.

^{De peccator} Duae magni momenti rationes nos obligant non solummodo ad confitendum, sed et ad saepius confitendum: id est quia Dei res agitur; et quia res nostra agitur. accedamus saepius ad Sacramentum poenitentiae, ut illata Deo Damna compensemus: saepius ad illud accedamus, ne nobis ipsis Damnum inferamus.

XIV.

51.

Quilibet peccator poenitentiam agere debet, adeoque quilibet peccator confiteri tenetur. Omne quod extra or-

Sinem est, in ordinem suum redigi debet: et ex hoc principio, quia homo in statu peccati mortalis extra ordinem suum est, oportet, ut ad illum reducat: Atqui id non nisi duabus viis fieri potest, vel per supplicia aeterna in altera vita, vel per salutarem poenitentiam in hac vita. Vultus, inquit S. Augustinus, ut Deus illatam sibi à vobis injuriam non uliscatur? Vos ipsi illum uliscamini. Per peccata vestra illum Submissionis et amoris Spiritum, quò ei subjeti eratis, amifistis, oportet, quò illatum ipsi Damnum compensetis, ut ad illam Submissionem redeatis.

Deus, ut ut sit Deus et misericors, nunquam ab ea vos liberos praestabit, Oportet, ut Summè bonus esse desinere, si à sui amore vos eximere vellet. Oportet, ut cessaret esse Supremus hae creaturae Dominus, si per ipsum vobis liberum esset illi subjeti, aut ulparum vestrarum veniam ab ipso petere. At varò quomodo ab ipso veniam petatis? An prout levitas vestra et amor proprius à se esse judicabunt? Hae rationes ei legem imponeratis, non varò vos legi ipsius subjeceratis. Fis ergo, quas ipse vobis praescribit, conditionibus, ab ipso veniam petatis, necessarium est, ut scilicet eo modo poenitentiam amplectamini, quò Ecclesia, cujus filii estis, jubat. Atqui Ecclesia vult, ut peccata vestra ipsius Ministris confiteamini, eaque illis manifestetis, qui ab eis vos absolvendi habent potestatem.

XV.

Agite Fratres Mei poenitentiam, qualiter fit in Ecclesia, inquit S. Augustinus; Nolite Sicere: coram Deo ago poenitentiam, sed agitur qualiter in Ecclesia agitur.

Atqui poenitentia, quae in Ecclesia agitur, est poenitentia, quae includit sinceram peccatorum, de quibus vos coram Iudicibus et Medicis vestris spiritualibus accusatis, Debarationem. Enimvarò si illa Sacerdotibus confiteri haud necesse foret, frustra ipsis Jesus Christus potestatem vos absolvendi tradidisset: frustra ergo claves Ecclesiae traditae sunt; frustra ipsis dixisset: Quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum et in caelis, et quodcumque solveritis super terram erit solutum et in caelis.

Non solum jus ipsis est, judicandi inter lepram et lepram, sed in super eandem sanandi potestatem habent. Ex una parte potestas, in altera Submissionis; potestas in Sacerdotibus, Submissionis in poenitentibus; potestas ad remittenda peccata, sub-

missio ad ea confitenda. Hic est ordo ille, quem Deus instituit, haec est illa necessitas confessionis, quam auriculari munusculamur; haec est illa ratio Deo satisfaciendi, atque damnum ipsi à peccatore illatum resarciendi.

XVI.

52. Sed quantum haec obligatio magna, tantum et urgens est. Tres valida rationes ad eam impediunt peccatorem: justitia nempe, amor, et reverentia in Deum. Justitia, quae vult, ut cuique tribuamus, quod suum est, et quod si abstulimus, nos obligat ad promptè hoc officium erga Deum explendum. Fruendo pro alio quam pro illo, quod fecimus, si gloriam, quae ipsi soli debetur, rapimus. Viles creaturas ei praeferendo ipsum contumelia affecimus: Equid ergo ad illius gloriam, ad nostram felicitatem, et urgentissimas obligationes nostras insensibiles, tranquilli plurimum mentium spatio vivamus, quin illata ipsi his omnibus injuriis damnata per confessionem resarcire cogitemus? Si magnum quendam Dominum offendissemus, ab ipso veniam precari festina-remus: Deus solus est, cujus reconciliationem et honorem periri perdissemus.

XVII.

53. Amor et reverentia, quam ipsi debemus, sunt alia adhuc imitamenta, quae ad confitendum nos impellunt. Per lex mea-les in peccato, in Dei odio manentes, an non ipsum videmus et contemnimus? Quando, cum habere amicum possumus, et tamen ipsius inimici esse malimus, quid aliud agimus, nisi ut ei dicamus, nos ipsius amicitiam et gratiam nihil curare? Quod quis iracundia impetu abripitur, id agit ex cupiditate sua vehementia, et ex occurru molesti cujusdam objecti, quod bilem ipsius accendit, est peccatum hominis: Sed quod furibundus ille ad se reversus culpam non agnoscat, aut confitari negligat, id malitia est quodammodo diabolica.

* Ep. 2. c. 12.
Infaustra, quae mihi de vobis nunciantur, vehementer me affligunt, inquit S. Paulus ad Corinthios¹². « Narratum est mihi esse inter vos contentiones, dissensiones, odia, amulationes: Sed valde timeo, ne Deus me magis adhuc affligat et humiliet, cum vos videro in vestris perversitatibus perseverantes: Timeo ne cum venero ad vos, me humiliet Deus. Magni momenti documentum, quod serio animo revolvere debent conscientiarum Moderatores et Confessarii quando gloriam, quae Deo per peccatum auferitur, et exigua

Sollicitudinem considerant, quae adhibetur, ad eam per-
celeres et accuratas Satisfactiones referendam.

XVIII.

Pecatorum interest, statim ac Deum offende- 54.
runt, confiteri. Si aegrotarent, non diu in illa detineri aegritudine
cuperant. Si Principis sui gratia exiissent, illuc om-
nia impenderent, ut eundem reconciliarentur. Si ami-
cum in urgenti periculo constitutum cererent, inde
illum eripere subito conarentur. Et tamen utut aegri
sint, de remedio non cogitant; utut gratia exiissent,
media necessaria, quibus in gratiam redeant, negli-
gunt. Et talis, qui amicitiae jura violare se arbitrare-
tur, si quos veneratur, molestis negotiis implicatos relin-
querat, abque ulla indolentia sua honore propriam ani-
mam ingentibus et veris necessitatibus intricatam deserit.

XIX.

Si diu protalatae confessiones non semper sunt iori- 55.
tae, sunt tamen omnino suspectae. 1.º Ob defectum
dolens et propositi vitam emendandi. Qui frequenter
confitentur, dolorem et bonum propositum suum in-
novant; cum, e contrario, qui remedium hoc negligit,
vero poenitentia Spiritu raro imbuuntur. 2.º Ob de-
factum memoria. Quomodo recordari quis potest tot
peccatorum cogitatione, verbo et opere intra novem
aut decem menses commissorum, cum ^{illis} eorum memoriam
habeat, quae intra novem aut decem dies perpetravit.

3.º Propter obstaculum, quod quis integra sanatio-
ni suae ponit. Profecto nimirquam sibi adblauditur,
qui putat, quod confessio talis qualis sola hanc sanatio-
nem perfectam efficiat; quod peccata et peccandi con-
suetudines in ea aboleantur; quod unicus apparatus
plura inveterata vulnera emundet; quod unica aqua
aspersio lepram habituales et inhaerentem tollat.
Si ad subruendos infidelis Jerichuntis muros oportuit
circum eam septem viibus Arcam ferre; si ad sanandum
Naaman à sua lepra necessarium fuit, ut septies in Jordane
lavaratur; ne putatis, quod muri, quibus demon et pecca-
ta se munierunt, mox ut quis ad poenitentiae tribunal ace-
dit ruant, aut lepra spiritualis macula et incommoda tollan-
tur, quando quis primum post longum temporis spatium se
Legis novae balneo immergit.

XX.

56.
* Theodoratus
in haec verba:
Annuntiata
mutationes
ejus.

Qui sua confes-
sus fuerit pec-
cata, et sine-
rit, Quoties-
runt et corrup-
ta sunt cicatri-
cas meas, fedi-
tatem vulne-
rum in sanitatis
sacramentum mutat.
S. Hier. Ep. ad
Rusticum.

57.

Bona confessio admirandos effectus procreat quan-
tum ad peccatorem, peccatum, Deum, coelum, et infer-
num. * Peccatorem mutat, et ex inimico Dei amicum reddit.
Mutat peccatum, et ex funesto quodammodo utile
efficit. Deum mutat, si tamen mutari potest, atque cum
faventem et propitium reddit. Denique mutat coelum,
quod aperit, et infernum, quem claudit, inquit Theo-
doratus.

XXI.

Silentium homini sapientia non minus funestum est,
quam sermo. Siquis inter orbem loquendo nomen Dei blas-
phemat; sapientia tacendo ipsius laudes celebrare negligit.
Si verbis maledictis famam proximi sui laedit; sapientia frigi-
da quadam taciturnitate, se os, cum taceretur, bene
loqui non curat. Temeraria lingua volubilitas magnas
ciat inimicitias; sed habitualis tacendi affectatio etiam
magnarum turbarum est causa. Talis, qui à Deo condem-
natur, quod verbis suis mala consilia dederit, nihilomi-
nis vituperatur, cum in charitatis Christianae praejudi-
cium bona non impartitur. In Evangelio Jesus Christus
graviter increpatur in ingratos idas hominum turbas,
qui per horrendam blasphemiam aiebant ipsum in nomi-
ne Beelzebub Daemonia ejicere: attamen hominem à
Daemonio obsessum, et à quo mutus factus fuerat, liberat,
atque sermonis libertatem restituit: et si alius jussu
patris familias in tenebras exteriores ejicitur, simul
annotatur, id factum fuisse, quia, cum convivii tri-
clinium intrasset, obmutuit, nec culpam agnovit.
At ille obmutuit. Peccator per peccatum suum se hae-
reste spoliavit; ac cavere debet, ne huic culpa silen-
tium adjungat summè injuriosum, quale est, si non-
pe confiteri detrahet, aut in confessione peccatum ali-
quod obliviscatur aut reticeat.

XXII.

58.

Quod confessiones bonas, quod illas inutiles, quod ma-
las efficit, primarum qualitates, secundarium vitia, et
tertiarum sacrilegia nos animadvertere facit. Omnium
peccatorum, de quibus se quis accusat, detestatio con-
fessiones bonas; frequentes et habituales iterati lapsus
inutiles; amor peccati malas faciunt.

XXIII

"Tria in unoquoque veraciter poenitente sunt con- 59.
 sideranda, inquit S. Gregorius Papa*: Conversio mentis, * lib. 6. in c. 15.
 "confessio oris, vindicta peccati. Qui corde non converti- " i. Rag.
 "tur, quid prodest ei si peccata confiteatur? Unde et Salu-
 "bitur confitentibus Scriptura insinuat dicens: Corde cre-
 "ditur ad justitiam; ore autem fit confessio ad salutem. "
 "Quid est corde credere ad justitiam, nisi voluntatem diri- "
 "gere ad fidem per dilectionem operantem? Neesse "
 "est, ut apostata tectum quod conversione compungitur, "
 "confitendo purgetur, afflictionisque medicinâ sanetur. "
 "Tunc nempe bene conversum peccatorem cernimus, cum "
 "signa afflictionis austeritate dolere nititur, quod loquan- "
 "do confitatur. Unde Joannes malè conversos Judæos ad se "
 "confluentes increpans ait: facite dignos fructus poenitentiae. "
 "En fructibus non foliis dignoscitur qualis sit. Bona volun- "
 "tas est velut arbor, et verba confessionis sunt illius folia. "
 "Sicut ergo folia desideramus non propter se ipsa, sed "
 "propter fructus, ita ad confessionis tribunal non nisi in spi- "
 "ritu poenitentiae accedere debemus: et si Jesus Christus ma- "
 "ledixit arbori illi, quæ quamvis pulcherrimis foliis esset "
 "instructa, nullos tamen fructus habebat, id ea ratione "
 "egit, ut Siremus, quod sine nostra poenitentia fructi- "
 "bus exteriorum idem confessionum nostrarum apparatus "
 "non recipiat.

XXIV.

60.
 Plerique poenitentes similes videntur illis mala fidei
 debitoribus, qui aliqua exsolvunt debita minus ex pro-
 posito non amplius mutuum accipiendi, quam ut se no-
 vis implicent debitis: lavibus summis se liberant, ut sibi
 graviores imponant; creditorum suorum importunitate
 propsi se exigua solvunt obligatione, ut majores contra-
 hant. Tales sunt peccatores, qui in confessionis tribunali
 se peccatorum suorum pondere exonarant, ut postea
 minus molestè peccent, et, prout ait Spiritus Sanctus, cum
 majori tranquillitate in peccatis suis ambulant. Eandem
 videntur semitas, atque indesinenter priora sua repetunt
 flagitia, velut homines, quibus, cum versus regionem, ad
 quam ipsos ire oportet, citius progredi deberent, ambula-
 re duntaxat sufficit. Perambulant in peccatis suis.

XXV.

Si sibi omnino pernarum haberent, confessionem esse irritam, quando cor non immutatur, tunc Sacramentis, non ita, ut faciunt, abuterentur. forte tunc ipsorum confessiones essent quidem minus frequentes, at profecto meliores, vel potius essent meliores et frequentiores: Nam quò magis peccatorum suorum qualitatem, et illa de ferendi necessitatem agnoscerent, tantò vicinius accederent ad salubres piscinas illas, quarum aquas magni consilii Angelus non semel in anno duntaxat, sed singulis diebus commovet. Longè diversi ab illo paralytico, qui ad Iosum dicebat, se neminem habere, qui illum in hac vivificantia balnea dimitteret, ex tot Sacerdotum, nihil adeò, quam ipsorum sanationem afflagitantium, officiosa charitate compendium facerent, necnon cum Droghata Regio dicerent: Amplius lava me ab iniquitate mea, et à

* Ps. 50. v. 3. peccato meo munda me.

XXVI.

6i.

An Confessarius poenitenti suo adulatur? An verò poenitens Confessarium circumvenit? Sapius utrumque aruit. Ille nimis indulgens interdum partem poenitentia magnis peccatoribus condonat arbitrans, se, nescio, quantum apud ipsos profecisse, quòd ad confessionem eos adegerit. Et hic nil aliud quarit, quàm ut vili pretio, a propinquante Solemni festo, se liberet à debitis, quòd ipsi grave est onus. Ille postulat, hic promittit: utriusque satis contenti dicuntur; Confessarius ob submissionem bonumque sui poenitentis propositum; poenitens ob sui Confessarii mansuetudinem et indulgentiam. At ut ne Deus cum utroque contentus? Audite, quid hoc de re sentiat S. Cyprianus. "Emergit novum genus cladis, ait,

* De lapsis.

"et quasi parum persecutionis procella saevierit, auasit ad
"cumulum sub misericordiae titulo malum fallens et blanda
"pernicies. Contra Evangelii rigorem, contra Domini legem
"temeritate quorundam laxatur incautis communicatio:
"frita et falsa pax, periculosa dantibus, et nihil auipiantibus
"bus profutura. Non quaerunt sanitatis patientiam, nec
"veram de satisfactione medicinam. Poenitentia de pectoribus
"exempta est, gravissimi extremique dolenti memoria
"sublata est. Operiuntur morientium vulnera, et plaga
"ga lethalis altis et profundis visceribus infixà diffinim-
"lato dolore contagitur.

XXVII.

Confessio ut bona sit at Deo grata, debet esse humi- 62.
 lis, simplex et fidelis, inquit S. Bernardus*; "Datur enim" ^{* Serm: 16. in Pent.}
 "confessio eò periculosius noxia, quò subtilius vana, cum"
 "ipsa etiam inhonesta et turpia de nobis detegere non vere-"
 "mur, non quia humiles sumus, sed ut esse putemur. Appa-"
 "tore de humilitate laudem humilitatis, non virtus sed sub-"
 "versio. Quid perversius quibus indignius, quam ut humili-"
 "tatis custos confessio superbia militat, et inde videri velis"
 "melior, unde videris deterior? Hujusmodi confessio, quæ"
 "solam speciem et non virtutem habet humilitatis, prout"
 "ut peccatorum, quæ in ea revelantur, veniam mereatur,"
 "confert ad congregandum majorem iræ thesaurum."
 "Quid Sauli profuit, quòd peccatum suum Samueli, qui"
 "eidem illud exprobravit, fassus sit? An adeò flagitiosa con-"
 "fessio ipsius crimen delavit? Non profectò: Si Rex iste eam"
 "humilitatem in corba gestasset, quam verbis testificata-"
 "tur, Deus se flecti permisisset, ipse, qui naturalem quam-"
 "dam propensionem habet gratias suas humilibus elargi-"
 "andi. Sed infelix Princeps iste, proorsus contrario affectus"
 "animo suâ ineptâ vanitate supplicium, quod mereretur,"
 "sibi auersivit."
 "Ecce cur humilam dixi debere esse confessionem. Opor-"
 "tet autem et esse simplicem. Non intentionem, fortè quia"
 "latet homines, excusare dolatet, si sit rea, nec levigare"
 "culpam, quæ gravis; primum illud non confessio est, sed"
 "defensio, nec placat, sed provocat, p."
 "Sit autem et fidelis, ^{confessio,} ut confitearis in spe, de indulgen-"
 "tia penitens non diffidens, ne tuo ore te non tam justifi-"
 "cas, quam condemnes. Judas proditor Domini, et Cain fra-"
 "tri sua confessi sunt, et diffisi sunt; Alter, Deuavi tradens"
 "Sanguinem justum; Alter, Major est iniquitas mea, quam"
 "ut veniam merear. Vera licet, nihil eis profuit infidelis"
 "conversio.

XXVIII.

Judicia vera confessionis sunt, inquit S. Gregorius Ma-"
 gnus, "si, cum quis se peccatorem dicit, id de se dicenti etiam"
 "alteri non contradicit. Nam quia scriptum est, in principio"
 "accusator est sui, non magis peccator, sed justus videri appe-"
 "tit, cum peccatorem se quisque nullo arguente confitetur,"
 "sed confessionis veritatem probat, cum aliis malum, quod"

»fecimus, increpantibus non resistimus; apertissimum
 »namque nostra superbia signum est, si ferre nolimus, ut
 »alii ea de nobis praedicent, quae nos ipsi de nobis dicere haud
 »refugimus.

XXIX.

* Job. 7.
 67.

* Pecavi, inquit Job ad Deum, quid faciam ut te mi-
 tigem? Ō custos et servator hominum: Pecavi, quid faciam
tibi Ō custos hominum. Pecavi, valut si dicere voluisset,
 me ipsum lethaliter vulneravi; quid faciam? Eos imita-

Revelanda sunt
 peccata, sicut
 pauperes mon-
 trant ulcera sua
 transeuntibus.
 Hugo Card. in
 c. 6. Prov.

bor, qui in viarum publicarum oris, jacentes ulcera sua tran-
 seuntibus ostendunt, ut ab ipsis vel ulceribus suis vel in-
 dignitate sua solamen referant. Pecavi Ō mi Deus!
 et quia vis, ut vulnera, quae ego ipse mihi inflexi, mon-
 streum, ad minus illa tuis oculis exponere aurescam, quo
 certior sum, me à te potentius auxilium recepturum,
 quam ii accipiant, qui ulcera sua transeuntibus ostendunt,
 utpote à quibus sapè nos obolum referunt.

Veniamus ad con-
 fessionem ubi
 venenum anti-
 qui serpentis cor-
 minis. Goffri-
 dus Sermon. 3. de
 Resurrect.

Pecavi, quasi dicere voluisset, me ipsum venens info-
 ci; antiqui serpentis venenum cor meum occupavit, mors mea
 est inevitabilis, nisi illud brevi avomam. Pecavi, id est,
 me ipsum foede deformavi; tota anima mea pulchri-
 tudo evanuit; si eam recuperare velim, oportet, ut turpi-
 tudinem meam fatear: Pecavi adversum te Domine,
 nec mihi mirum esse debet, si, cum me tibi contrarium
 poni, factus sum mihi inat ipsi gravis.

Pecavi, fateor, nihil celabo nihil dissimulabo: quare
 ergo non tollis peccatum meum? Si me in conspectu tuo
 justificare vallem, aut si flagitiosa quadam indolen-
 tia tibi anima mea statum aperire negligerem; me-
 ritò arbitrarer, te mihi nunquam parciturum; sed
 quia infinitè misericors es, et fidelis in tuis promissis,
 rogo te, ut in mei favorem id adimplere digneris, ac per-
 mittere, ut cum omni, quam tibi debeo, observantià à te
 quaram: quare non tollis peccatum meum? Ne, rogo,
 attendas, quis sim, aut quid egerim; sed quis tu sis, non
 illam misericordia, quam pro me habes, abyssum considera

XXX.

65.

Cabrae confessiones magna nobis praesentent emolumen-
 ta, sive justi, sive peccatores simus. Si justi sumus, tum ea
 magis ac magis nos purificant; si vero peccatores, tum
 utilius nos corrigunt. »Sancti viri, inquit S. Gregorius, quò

* lib. 22. mo-
 ral. c. 10.

» apud Deum altius virtutum dignitate proficiunt, eò sub-
 » tilius indignos se esse deprehendunt, quia dum propius
 » coelesti lumine illustrantur, intima cordium suorum
 » penetrant, et quodius vel maximè absconditum est dete-
 » gunt, atque tantò deformiores se exteriùs agnosunt,
 » quanto interiora sua ipsis minus pura et pulchra viden-
 » tur. At ubi se ipsos propius examinant, tum ipso-
 » rum spirituales oculi aperiuntur, et per magnam, quam
 » sibi efformant, justitiæ pulchritudinem, in minimis
 » culpis summam deformitatem detegunt. Compunctionis
 » igne succensi, Spiritu Sancto repleti, et, ut ita dicam, ve-
 » lut gravidi, quò magis se versus coelestia bona exigunt,
 » eò majus odium et contemptum erga terrena habent.
 » Tum illorum anima velut in Superiorem regionem rap-
 » ta, et per abundantam gratiam peccatis suis soluta, nova
 » huius opera, quicquid sub ipsa est, detegit. Ab omni, quod
 » ipsi vanum et inutile videtur, expedita, non nisi
 » solidum et catervum cogitat; quò perfectiorem ipsam
 » Dominus efficit, eò imperfectiorem ipsa se reputat; pro-
 » priam miseriam et indignitatem sibi penitus perma-
 » sam habens, eadem infirmitates suas aperit, ut ab eis ipsam
 » sanare dignetur.

XXXI.

Quantum ad peccatorem, confessio ei maximas gra-
 tias procreat. *Inde fit mansuetior ad correctionem, pa-
 tientiùs ad laborem, ardentior ad amorem, sagacior ad
 cautelam, humilior pro consuetudine, acceptior pro veramen-
 dia, ad obediendum paratior, ad gratiarum actionem devo-
 tior ac sollicitior.

XXXII.

In justificatione peccatoris simile quid reperimus ei,
 quod in resurrectione Lazari factum est. Tres personæ in
 ea partem habuerunt, Jesus Christus, Martha et Mag-
 dalena, necnon Apostoli. Jesus Christus eum à mortuis
 suscitavit, atque foras prodire iussit, Lazare veni foras.
 Martha et Magdalena pro eo defuncto deprecatae sunt,
 illiusque resurrectionem petierunt. Apostoli denique ip-
 sum solverunt, ac sudarium, quo ejus vultus tegebatur, amo-
 verunt. Jesus Christus, qui Lazarum suscitavit, est primum
 principium gratiæ, quam anima accipit, quæ postquam
 pro peccatum vitam amisit, eam in Sacramento Pœnitenti-
 æ recuperat. Martha et Magdalena Euleriam referunt,
 quæ tanquam pia mater et benigna mater, continuè pedibus

66.
 * S. Bern. Serm.
 14. in Cant.

67.
 S. Ambros. lib. 2.
 In pœnit. c. 2.

Sponsi huius advolvitur, ut profiliis suis intercedat. Denique Apostoli primos ac praecipuos Ecclesiae Pastores et Sacerdotes representant, qui à Jesu Christo potestatem acciperunt solvendi peccatores, sudarium ab ipsis removendi et eos dimittendi; Solvite eum et linte abise.

XXXIII.

68.

* Introd. ad vitam devotam c. 29. De Sancta Confessione.

Cum ad confessionem acciperis, inquit S. Franciscus Salesius*, ab illa superfluas illas accusationes resaca, quae apud multos sunt in usu. Deum non amavi prout debebam; cum ea devotione non oravi, prout oportebat; proximum meum non dilexi quantum debui. Cur hoc? Ideò, quia sic loquendo nihil speciale dicit, quo Confessarius tuis Statum conscientiae tuae dignoscere valeat; homines perfectissimi, imò Sancti in coelo, si adhuc confiteri tenerentur, eadem proferre possent.

Igitur tibi investigandae sunt particulae harum generalium accusationum rationes. Te accusas, quòd proximum tuum, prout oportebat, non dilexeris: Dic potius, quòd, cum pauper sit et egenus, ipsi in sua indigentia nullum proberis solatium; quòd, cum peccator sit, et in ipsum auctoritatem habeas, tamen illum in suis flagitiis non reprehenderis; quòd, cum tibi contrarius fuerit, illum contemnim habueris. Homo, qui naturaliter tibi displicet, ex juro, necis quid, quòd nihil erit, tibi dicit, tuque id in malum partem accipias et irà efferveres; cum è contrario alius, quem reveris, quaedam inoffensiva verba tibi dicit, inde nullatenus commoveris. Dic ergo, quòd homini illi succensueris non propter dictum suum, sed propter se ipsum, et quia ab ipso alienus es. Te accusas, quòd, prout oportebat, Deum non oraveris: ne tibi generalis haec accusatio sufficiat; adde, quòd longas et voluntarias distractiones habueris; quòd, cum caput tuum negotiis tuis, vel aliis inaptis oppletum esset, necessariam attentionem et animi collectionem non adhibueris, quòd locum, tempus, decentiam, et alias ad devotè orandum circumstantias neglexeris.

Multum etiam interest circa civiter designare tempus, quò peccatum tuum duravit, quia communitas temporis longitudo notabiliter illius malitiam auget. Et bene magnum intercedit discrimen inter fluxam vanitatem, quae pro hora quadrante in animam irrepit, et vanam delationem, quae secreta cordis superbia se per duos aut tres dies pavent. Oportet ergo, ut in accusatione peccatorum tuorum, eorundem naturam, causas, durationem, et alias circumstantias designes.

Supplementum.

Omnes Devotionis libri, Theologi omnes, et Carmistae
de Confessione differunt. Verum ut hinc ea duntaxat re-
feramus, quae Concionatoribus materiam suppeditare possunt;
praeter ea, quae superius dicta fuerunt, potest videri Orige-
nes Hom. 3. in Levit. Hom. 8. in c. 12. et 13. Luc. et in Ofl. 36.
at 37.

Qua de illam S. Chrysostomus Hom. 31. et in Epist. ad
Hebraeos elocutus est, sunt magnae eruditionis. Edidit eti-
am Homiliam de poenitentia, in qua sic loquitur: "Pudeat"
"te peccantem, non pudeat poenitentem. Attende, quid tibi"
"Diabolus facerit. Duo haec sunt, peccatum et poenitentia:"
"peccatum vulnus, poenitentia medicina: Sed peccatum pundo-"
"rum habet, poenitentia vero fiduciam possidet. Attende"
"diligenter, ne ordinem turbes, et utilitatem perdas. Est vulnus"
"at medicina, peccatum et poenitentia: in vulnere sanies,"
"in medicina purgatio saniesi..... ordinem Satanas perver-"
"tit, p.

69.

Legi potest S. Augustinus lib. 20. de civit. Dei. c. 9. Ep-
ist. in Ofl. 66. 84. 95. 96. Item S. Bernardus Tractatu ad
Templarios, et Sermon. de S. Andrea. Admiranda etiam sunt ea,
quae S. Ambrosius in suis de poenitentia libris disserit.

Præclara etiam Hugo à S. Victore de Confessione alogui-
tur tit. De remissione peccatorum c. 8. ubi statuit neces-
sitate confessionis, duplex vinculum, quo peccatores per Sa-
cramentalem absolutionem solvuntur, potestatem Sacra-
dotum, p. Lib. 4. Miscellaneorum tres silentii species
distinguit, et tria, in quibus Confessio consistit. Eadem
adhuc alio, sed subtilissimo, modo explicat tit. 32. et 100. Sep-
tem gradus confessionis, ut perfecta sit, designat: cognitio-
nem peccati, ut peccator videat, quid egerit, quid meritus
sit, et quid amiserit: Dolorem animi, quod Creatorem su-
um offenderit, cuius auctoritatem contempsit: Patrem suum,
cujus benignitatem contumelia affuit: Servatorem suum,
cujus infinitis meritis abusus est.

S. Laurentius Justinianus in suo de morte Spirituali
animæ Tractatu, de necessitate et commodo bonae confes-
sionis loquitur; Et in alio de perfectione vita religiosae furius
adhuc de hoc argumento disserit, ubi tria bona confitendi
media annotat.

Nihil doctius, nihilque solidius et simul ad erudiendum
aptius legi potest, quam id, quod Guilielmus Parisiensis haec

De re scripsit in suo de Sacramento Poenitentiae Tractatu. Statim validis rationibus oppugnat illos, qui dicunt, soli Deo esse confitendum, atque hunc esse antiquum Hebraeorum errorem. Postea c. 2. ostendit necessitatem et commodam confessionis, quae fit Sacerdotibus, quos voluit Medios et Judices peccatorum respicit, qui ipsorum curam gerere, et de quibus Deo rationem reddere tenentur. Capite loquuntur ea repetit, quae c. 2. dixerat, et c. 4. postquam ostendit ad recuperandam amissam gratiam quatuor esse necessaria, de clavibus et potestate Ecclesiastica dixerit. Cap. 12. Specialius adhuc agit de confessione, quam accusationem, testimonium, allegationem, revelationem, sui ipsius condemnationem, et rationum redditionem nuncupat: et respectu horum omnium nominum, quae ex S. Scriptura erit, demonstrat, cur, cui, et quomodo confiteri oporteat. Denique c. 13. et 14. ejusdem Tractatus ostendit, quod verecundia peccata sua manifestandi sit delinquentis omnium inimicorum periculosissimum: quam iniquum sit sub hoc praetextu à Sacramento recedere, aut peccata reticere: et postmodum validissimis rationibus hanc verecundiam oppugnat.

P. Le Jeune Oratori Praebbyter agens de partibus poenitentiae, inter alia Sermonem habet, in quo demonstrat, quod ad eam magna preparatio per diligens examen requiratur, et praecipue quantum ad dolorem, quem quis habere tenetur de suis peccatis, verum propositum seipsum puniendi et emendandi, magna quoque diligentia in recensione omnium suorum peccatorum; hanc in rem adducit S. Scripturam et SS. Patres. pag. 436. et seq.

Circumfertur Tractatus de praxi Sacramenti poenitentiae, primum Blesis, et postmodum Parisiis typis excusus, in quo necessitas et conditiones bonae confessionis praclare explicantur.

Possunt etiam legi ea, quae P. Ludovicus de Granada in suo Secundo de poenitentia Tractatu de ea dixerit, ubi septem dat monita ad peragendam bonam confessionem, et adnotat, in quo saepe sit inutilis, praecipue ex defectu examinis aut vari peccatorum commissorum doloris.

70.

P. Traber in Dominicam tertiam adventus et Quadragesimae, et in Dominicam tertiam post Epiphaniam ostendit facilitatem confessionis, ipsius defectus, conditiones, id, quod saepe eam inutilem reddit. Ipsius faci-

litatem, quia iudicium Dei antevertit, à damnatione aeterna nos liberat, conscientia nostra remorsus sopit. Ipsius defectus, quando in genere tantum perficitur, non explicatis peccatorum circumstantiis, quando secundum dimidiam tantum partem fit, &c. Ipsius conditiones, ut sunt varus dolor de suis peccatis, serium et diligens examen, firmum propositum injuncta poenitentia satisfaciendi, &c.

Conscientia De Conscientia.

Sermo Primus.

Mundus gaudet, vos autem contristabimini. Joan. 6.

71.

Saeculi latitia
est impunita
nequitia. Lu-
xuriantur ho-
mines, forni-
cantur, abrec-
tata iniquoquin-
gantur, cupi-
tudine fo-
dantur, nihil
mali patiuntur,
Eae saeculi gau-
dium. Ista
mala et his si-
milia &c.

S. Aug. Serm. 39.
De verb. Dom.

En juxta S. Augustinum, funestam hominum partem infelicamque statum. A salutis via remoti, cor-
dium suorum corruptioni, et cupiditatum suarum malignitati dediti, sine inquietudine et molestia exacerando peccatorum suorum fructu gaudent. Quibuscumque turpibus se prostituunt libidinibus et intemperantiis, quasumque committant injustitias; fornicatoras aut abrosi, vindicta cupidi aut usurarii, foris ipsis omnia lecta, intus omnia parata. foris nec famis incommoda, nec molestas belli consuetiones, nec fortè vehementes et frequentes morbosam appulsus sentiunt. Intus nihil ipsis molestiam facit, nec metus tuorum iudiciorum, ò mi Deus, nec enormitas peccatorum suorum, nec inquietas et consternatas conscientia remorsus. En exacerandum ipsorum gaudium, et, quod addit S. Augustinus, magnum ipsorum reprobrationis signum: Mundus gaudet.

Peccatum, quod molestia et tristitia, consternatis et metus sequuntur, saepe eum, qui illud perpetrat, ad frugem reducit; sed peccatum, quod gaudium, securitas et feta conscientia mala comitantur, est in quodam sensu aeternum. Quicumque sitis, peccatores, de vestra conversione non despero, ubi pravitates vestras agnoscitis, atque tristescerum consuetiones reformidatis: sed merito vobis ego metus, cum in funesta quadam introspectitate viventes nihil mali vos agere putatis, ex eo, quod nullum vestra conscientia vobis objiciat.

Hanc fatalem quietem duabus magni momenti
considerationibus oppugnare mihi animus est, hinc vobis

Divisio